

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Saibacher Dioecesanblatt.

Št. IX.

Vsebina: 41. Instructio s. Congr. Fidei Prop. super missae iteratione. — 42. Festum Annuntiationis B. M. V. promovetur ad ritum dup. primae classis. — 43. Decretum s. Rit. Congr. quoad festum Sanctae Familiae. — 44. Instructio super adstantia discipulorum cath. relig. schismat. functionibus. — 45. Sammlung zur Erhaltung der Denkmale für die im Jahre 1866 auf den Schlachtfeldern Böhmens gefallenen Krieger. — 46. Ukaz trgov. ministerstva o obrtnem delu ob nedeljah. Verordnung des Finanz-Minist. betreffs Gestattung der gewerblichen Arbeit an Sonntagen bei einzelnen Kategorien von Gewerben. — 47. Gebührenfreie Ausfertigung von Matrifenauszügen zu Bruderladen-Zwecken. — 48. Stempelfreiheit für kirchliche Calendarien liturgischer Bücher. — 49. Nachjuchung. — 50. Dioecesan-Schematismus. — 51. Konkurzni razpis. — 51. Škofijska kronika.

1895.

41.

Instructio S. Congr. Fid. Propag. Praepos. super missae iteratione.

1. Facultas iterandi missam, quam tribuere solet S. Sedes Ordinariis Missionum, quam facultatem communicare possunt suis missionariis, non pauca excitavit dubia ab iisdem huic S. Congregationi proposita. Horum dubiorum ratio petitur ex ipso clausularum rigore, quae iussu Alexandri VII. adiectae fuerunt articulo formularum, qui de hac facultate agit. Quare oportunum visum est colligere per praesentem Instructionem principia et regulas communiore, quae in huius facultatis usu prae oculis sunt habendae.

2. Quisque noscit, regulam generalem esse, iuxta vigentem Ecclesiae disciplinam, fas esse sacerdoti s. sacrificium offerre semel in die. Sic *Innocentius III.* ¹⁾: „Respondemus, quod excepto die Nativitatis Dominicae nisi causa necessitatis suadeat, sufficit sacerdoti semel in die unam missam solummodo celebrare.

3. In casu ergo necessitatis permittitur sacerdoti missae iteratio eodem die. Id tamen debet intellegi, ut ex ipsis formulae verbis dignoscitur, de venia celebrandi duas tantum missas, quamvis graves concurrerent causae, quae maiorem nume-

rum celebrare suaderent. Postulavit olim Praefectus Missionis Capuccinorum Tuneti, an uno eodemque die, si necessitas urgeret, plures quam duas missas celebrare posset, propterea quod omnes eius missionarii in carceres coniecti erant? Atque S. Congregatio generalis fidei propagandae praeposita die 7 Augusti 1684 respondit: non posse vigore facultatum celebrare ultra duas missas. Quod iam pridem responsum fuerat in generali Congregatione habita coram Summo Pontifice die 17 Februarii 1648: namque exposito abusu qui invaluerat inter sacerdotes captivitate detentos in Algeria celebrandi tres missas: „Sanctissimus . . iussit per dictum praefectum (Algeriae) praecipere nomine Sanctitatis Suae sacerdotibus . . quod cum Sedes Apostolica in facultatibus missionariorum potestatem seu licentiam concesserit celebrandi bis in die, ubi necessitas id exegerit, ne deinceps ultra duas missas celebrent.“ Idem fuit repetitum anno 1818 et 1820 Praefecto Tuneti.

4. Necessitas ergo est unicus titulus ex quo facultas sacerdotibus fit duas dicendi missas. Expediit cum *Verricelli*¹⁾ animadvertere, quod „haec

¹⁾ Cap. *Consuluisti* de celebrat. missarum.

¹⁾ De Apost. Mission. Tit. IV. qu. 98 dub. 18 n. 201.

necessitas non est desumenda ex parte inopiae sacerdotum, sed ex parte necessitatis spiritualis populi et raritate sacerdotum.“ Hoc principioposito facile est quasdam negativas regulas eruere de usu facultatum de quibus agitur.

5. I. Non potest iterari missa diebus festis suppressis, quibus populus missam audire non tenetur, quemadmodum monuit S. Congregatio anno 1837 his verbis: „Re mature perpensa ex ipsius formulae verbis satis clare patuit, non posse facultates ad abrogatas festivitates extendi. Cum enim in memorata formula declaretur, facultatem valere si necessitas urgeat, sequitur ex eo unice titulo, quod dies illi festi olim fuerint, non posse missam bis ab eodem sacerdote celebrari.“

6. II. Pariter interdicta est missae iteratio in eorum commodum, qui vellent praecepto audiendi missam satisfacere in suis privatis capellis. Enarraverat anno 1842 Vicarius Apostolicus Limburgensis, consuetudinem in suo Vicariatu inolitam permittendi missae iterationem in castris magnatorum, cum autem non putaret his in adiunctis eam necessitatem esse, quae a formulis exigitur, petiit cum ratione consuetudinis, tum moralis utilitatis quae inde proveniebat, ut sibi auctoritas fieret id permittendi. At S. Congregatio Inquisitionis iudicavit: Iuxta exposita non expedire. Cum autem sibiunxisset Vicarius Apostolicus, aliquos sacerdotes ex praehabita facultate ab ejus praedecessore iteratam missam prosequi, eadem S. Congregatio decrevit, facultatem esse revocandam, quatenus Vicarius Apostolicus Limburgensis id fieri posse existimet.

7. III. Ex huiusmodi resolutionibus inferitur, consuetudinem non esse titulum sufficientem, ut idem sacerdos offerre bis possit uno eodemque die S. Sacrificium. Quod etiam consonat cum eo quod docuit Benedictus XIV. in Const. *Declaravit Nobis* data die 16 Martii 1746 ad episcopum Oseensem his verbis: „Solum inquirimus, utrum ea consuetudo rationem praescriptionis sibi aut praesumptionis comparavit et utrumque falsum et alienum iudicamus.“ Et ad praescriptionem quod attinet scripsit: „Si enim iuxta civiles leges sanctae res praescribi non possunt, absonum undique est asserere, fuisse per praescriptionem aliquid ob-

tentum vel asquiritum, quod adversetur sanctionibus universalibus Ecclesiae, quarum observantiam S. Concilium Tridentinum in Missarum celebratione sacerdotibus omnibus praecipit.“ Ad praesumptionem autem quod attinet subiunxit: „Sed ceteris praetermissis subdimus haec intelligi posse de iis privilegiis quae impetrari potuissent a Sede Apostolica, si quis ea postulasset, non vero de iis, quae cum postulantur negari omnino consueverunt, ne praesumptio plus habeat roboris et momenti quam veritas.“ Inde est quod S. Congregatio, cum noverit aliquo in loco inolitam esse consuetudinem iterandi missam sine necessitate non omisit eiusmodi reprobare consuetudinem tamquam abusum, zelum episcoporum excitans ad eam eliminandam.

8. IV. Etiam presbyterorum paupertas non iustificat missae iterationem, ut cum *Verricelli*¹⁾ iudicatum est. Quidam Hiberniae archiepiscopus anno 1688 petiit: „An ex sola paupertatis causa possent Regulares duas missas diebus festis celebrare id facientes in privatis domibus, quamquam omnes paroeciae et conventus proprias ecclesias et capellas haberent?“ S. Congregationis responsum negativum fuit. Cum autem relatum esset particulari Congregationi Fidei Propagandae habitae tum die 7 Martii 1743 tum die 28 Iulii 1750, eiusmodi abusum in Hibernia adhuc vigere, quod multi sacerdotes utebantur facultate iterandi missam non alia de causa quam ut pinguiores eleemosynas perciperent atque inde commodius se sustentarent, Emi Patres decreverunt: „Graviter moneantur sacerdotes, ne facultate celebrandi bis in die abutantur, ut stipendium largius et pinguius habeant.“ Et a *Benedicto XIV.*²⁾ appellatur abusus intolerabilis concessio alicui sacerdoti facta iterandi missam eum in finem, ut duplici eleemosyna decentius se sustentaret. Solum ut aliquem morem gereret pauperibus religiosis eius regni, qui conquesti fuerant de simili prohibitione facta in Synodo provinciali Taumensi ob damnum inde proveniens sublata sibi eleemosyna quam missae occasione percipere solebant ad ecclesiae ianuas, cum ipsi viderent ex fidelium oblationibus, S. Congregatio voluit, ut monerentur episcopi, ut „in impertienda

¹⁾ Loc. cit.

²⁾ Const. *Apostolicum ministerium* 30 Maii 1753, § 11.

de auctoritate Apostolica sacerdotibus licentia celebrandi diebus festis de praecepto duas missas ob causas necessitatis ab Apostolicis Constitutionibus approbatas rationem habeant sacerdotum regularium ac praesertim illorum qui in pauperibus coenobiis moram trahunt.“ Ceterum cum declaraverit S. Congregatio Concilii „ex praxi generali presbyteris non concedi eleemosynam recipere pro secunda missa, etiamsi de illis agatur, qui parochiali munere instructi ideo stipendium pro prima missa nequeunt obtinere, quod eam pro populo applicare teneantur, „ut notificatum est per litteras circulares S. Congregationis Fidei Propagandae praepositae die 15 Octobris 1863 Ordinariis missionum, dubium omne ac quilibet obtentus iterandi missam intuitu stipendii sublatus est. Habita tamen ratione circumstantiarum quarundam missionum, SSmus Pater dignatus est auctoritatem facere, ut constat ex dictis Litteris circularibus, eorum Ordinariis ad permittendum, „ut iusta et gravi causa intercedente sacerdotes sibi subditi etiam pro secunda missa in eadem die celebranda stipendium praecipere possint ac valeant.“

9. V. Denique interdicta est sacerdoti missae iteratio, si alter haberi possit sacerdos, quo satisfiat populi necessitati ceu expresse docet Benedictus XIV. in citata Constitutione *Declarasti Nobis*. Atque inde est, ut, priusquam admittatur missae iteratio, videndum sit, an aliquod medium iure constitutum suppetat ad prospiciendum spirituali populi necessitati: atque in primis tenetur ipse parochus ad dandum stipendium alteri sacerdoti; posita autem eius impotentia tenetur populus, et denique, si neque populus ob suam paupertatem cogi possit, Ordinarius supplere teneretur.¹⁾

10. Haec de casibus, in quibus prohibita est missae iteratio. Ad casus quod attinet, in quibus ad iterandam missam necessitas concurrens, hi sunt expositi in Const. *Declarasti nobis*. Hac in Constitutione consideratur in primis, iuxta unanimem Theologorum consensum permitti iterationem missae sacerdoti, „qui duas parochias obtineat vel duos populos adeo seiunctos ut alter ipsorum parochus celebranti per dies festos adesse nullo modo

possit ob locorum maximam distantiam.“ Atque hic est primus et communior casus, alter qui ibidem recensetur est, „quando una tantum sit ecclesia, in qua missa celebretur et ad quam insimul universus populus convenire non potest.“

11. In his casibus iterari missa non potest etiam ab iis qui facultate sunt donati per formulas, quae concedi solent per S. Congregationem fidei propagandae praepositam, cum id concedat ipsum commune ius, semper tamen dependenter ab Ordinario, ad quem pertinet tum de vera necessitate tum de possibilitate canonica remedia applicandi ferre sententiam (§ 9.). Revera eiusmodi mediis iudicatis Benedictus XIV. subiungit: „Quae hucusque dicta sunt, canonicis etiam generalibus sanctionibus innituntur.“ Quin imo concors est Theologorum opinio, quemadmodum et ipse Benedictus XIV. animadvertit, in casu unius parochi cum duabus paroeciis „parochum nedum posse, sed plane teneri bis eodem die missam celebrare.“¹⁾ Ex quibus facile consequitur, articulum Formularum, cum sit facultativus, protendi ad alios quoque casus necessitatis in communi iure non consideratis; secus enim inutilis ille articulus evaderet, saltem pro iis locis, in quibus paroeciae sunt canonicae erectae, ipso iure communi pro his paroeciis disponente. Quod consonat cum eo quod docet Benedictus XIV. in opere *De Sacros. Missae Sacrificio*²⁾ in quo, postquam asseruisset, „casum qui revera contingit, eum esse, cum parochus duas habet parochias“ et c. his verbis prosequitur: „Neque tamen quidquam praeposuit volumus de aliis casibus, qui accidunt in missionibus, quibus consultum est concedendo missionariis facultatem plures celebrandi missas eodem die; itemque de aliis casibus in quibus vel ob locorum distantiam vel ob paucitatem sacerdotum aut haereticorum aut infidelium persecutionem, ne fideles missa careant, opus est a sacerdotibus plures missas celebrari.“

Et de huiusmodi quidem causis quae locum in missionibus habent, pro quibus missionum Superioribus datur facultas, loquebatur anno 1832 S. Congregatio de Propaganda Fide, cum ad

¹⁾ *Bened. XIV.* l. c. Votum Card. Zelada Thesaur. resolut. tom. 37 in Derhtusen. 26 Aug. 1768.

¹⁾ De Syn. dioeces. lib. VI. cap. 8. n. 2.

²⁾ Lib. II. cap. 5. n. 4.

quendam missionarium Philippopolitanum, qui non iterabat missas, quamvis variis christianitatibus praesideret, opportunum praebuit monitum. Iniuncta scilicet illi missae iteratione etiam ex mandato generalis Congregationis adiungebatur: „Si autem quaeras, cur facultati iterandi missam in formula Indulti adiciantur illae rigoris clausulae, invenies in ipsa formula responsum: sed cum generalibus terminis contineantur, comprehendere quoque alios casus, de quibus agitur, quemadmodum esset necessitas administrandi infirmis Viaticum in utraque paroecia, et in huiusmodi aliis casibus locum habere debere praescriptas cautelas.“

12. Atque in huiusmodi scilicet casibus minus frequentibus in usu eius facultatis identidem haerere visi sunt episcopi et missionarii, de causarum praesertim sufficientia dubitantes, quae requirerentur iuxta clausulas facultati adiectas. At vero tot tamque varii sunt casus, qui de hac materia in missionibus possunt contingere, ut praevideri facile haud possint multoque minus reduci ad determinatas regulas; de iisdem enim iudicium variari potest iuxta dispares locorum, temporum personarumque concurrentes circumstantias. Haec est ratio, cur dubiorum particularium resolutio, quae hac de re sunt proposita, plerumque remissa est prudenti Superiorum missionis arbitrio.

13. Ac primo quidem saepius regula postulata est de numero fidelium, qui esset satis, ut missa iterari posset. In *Constit. Apostolicum ministerium* edita pro Anglia dicitur eiusmodi facultatem posse adhiberi, „cum eorum numerus qui diebus festis tenentur sacris assistere, talem exhibeat necessitatem, ut nisi alicui sacerdoti duas missas eodem die celebrandi potestas concedatur, Ecclesiae mandato plures non satisfacerent.“ Eiusmodi tamen generalis norma dubium omne non aufert de numero iterationi necessario. Idem dici potest de quodam negativo responso S. Inquisitionis anno 1688 dato missionariis Capuccinis in Graecia. Hi quaesiverant:

„Utrum missionarius sacerdos solus in loco degens duas missas diebus Dominicis et festivis pro 15 seu 20 personis, quae legitime impeditatae primae missae adesse non valuerunt, celebrare possint?“ et Suprema S. Inquisitio die 28 Ianuarii eiusdem anni decrevit: Non licere. Quod si numerus 20 fidelium haud satis existimatur, ut missa iteretur, ulterius quaeri potest, quinam sit minimus numerus qui sufficiat.

14. Sed circa eiusmodi dubium, quemadmodum circa ea, quae distantiam respiciunt, S. Congregatio in more habuit, resolvenda haec esse prudenti ordinariorum missionum arbitrio, a quibus facultas dependet; ipsi enim in locis, in quibus degunt recte aestimare possunt circumstantias in singulis casibus concurrentes. Et sane usque ab anno 1688 Praefectus missionis Tunetis in Mauretania generatim postulabat, ut declararetur, qualis esse numerus fidelium deberet, qui missa privarentur, ut missa iterari posset, et S. Congregatio Fidei Propagandae die 16. Novembris respondit: Relinquatur charitati et conscientiae P. Praefecti. Similiter episcopus S. Ludovici in statibus Americae Foederatis anno 1828, exposito suo aliorumque episcoporum timore propriam conscientiam gravandi ob formularum Clausulas, quaesivit: utrum quoties triginta aut quinquaginta fideles periculo exponuntur missam de praecepto non audire, bis celebrare valeant.“ At iussu Leonis XII. litteris datis 13. Martii rescriptum est: „Omnem te anxietatem animi deponere debere, et quin commovearis verborum rigore, Se (Sanctitatem Suam) conscientiae ac prudentiae tuae committere, ut iudices, quibus in casibus ratione habita adiunctorum dioecesis tuae, graves adesse causae censendae sint, facultatem, de qua sermo est, sacerdotibus impertiendi. Ubi vero has causas graves secundum conscientiam prudentiamque tuam arbitratus fueris, Sanctitas Sua posse te absque ulla dubitatione ea facultate uti benigne declaravit.“

(Continuabitur.)

42.

Festum Annuntiationis B. M. V.*promovetur pro universa Ecclesia ad ritum duplicem primae classis sine octava.*

Iure sane ac merito Festum B. Mariae Virginis Deiparae ab Angelo salutatae, ab antiquissimis temporibus institutum et penes Latinam Ecclesiam et Graecam pari solemnitate celebratum est: siquidem Dominicae Incarnationis Mysterium tamquam ceterorum fundamentum Sacra Liturgia profitetur. Hinc Apostolicae Sedi supplicia vota haud semel porrecta sunt, ut Festum ipsum Annuntiationis B. M. V. ad maximum ritum in Universa Ecclesia eveheretur. Itaque Sacra Rituum Congregatio in peculiari Coetu, pro nova Decretorum authentica Collectione evulganda, ad Vaticanum subsignata die habito, omnibus mature perpensis, rescribendum censuit: Festum Annuntiationis B. M. V. die 25 Martii occurrens, in universa Ecclesia ritu duplici primae classis amodo recolendum esse, cum omnibus iuribus celebriorum festorum propriis, esti Octava carens ob temporis quadragesimalis rationem. Ceterum, quotiescumque vel Feria VI. in Parasceve, vel Sabato Sancto hoc

Festum impediatur, toties Feria II. post Dominicam in Albis, tamquam in sede propria, ut antea, reponatur; in qua integra cum solemnitate ac feriatione et sine octava, prouti die 25 Martii, celebrabitur. Quando vero illius tantummodo impediatur Officium, ad enuntiatam pariter Feriam II. amandetur, ac nonnisi Festo primario eiusdem ritus occurrente valeat impediri: quo in casu, in sequentem diem pariter non impeditam transferatur. Die 23 Aprilis 1895. — Facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum de hisce omnibus relatione; Sanctitas Sua sententiam eiusdem S. Congregationis ratam habere et confirmare dignata est. Die 27 Maii, eodem anno.

Caletanus Card. Aloisi-Masella,
S. C. R. Praefectus.

Aloisius Tripepi, S. R. C. Secretarius.

43.

Decretum S. Rituum Congregationis*quoad festum Sanctae Familiae.*

Rmus Dnus Jacobus Missia, hodiernus Episcopus Labacensis, cupiens ut cultus erga Sanctam Nazarenam Familiam inter sibi commissos fideles magis magisque augeatur, Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII supplex rogavit, ut in Calendario et Proprio in usum totius Cleri Dioeceseos Labacensis festum Sanctae Familiae Jesu, Mariae, Joseph, Dominicae tertiae post Epiphaniam affigi valeat, sub ritu duplici maiori, et cum Officio ac Missa propriis nuper a Sancta Sede adprobatis: facta insuper potestate idem festum

transferendi in aliam diem sequentem liberam iuxta Rubricas, quoties eadem Dominica impedita occurrerit. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributis, suprascripti Rmi. Episcopi oratoris precibus benigne annuit: Servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 20. Martii 1895.

† **Caj. Card. Aloisii - Masella** Praef.

S. Rom. et Univ. Inquis. Instructio

super adsistentia discipulorum catholicorum religiosi schismaticorum functionibus.

Non semel ad hanc S. Sedem relatum est in nonnullis imperii russiaci provinciis infeliciter accidere, ut publicorum gymnasiorum scholarumque discipuli catholici aliquoties per annum templa acatholicorum adire, unacum discipulis acatholicis sacris eorum functionibus interesse, atque ritibus acatholicis participare, crucem a ministro acatholico porrectam osculari, genua flectere, panes benedictos accipere aliasque ceremonias peragere adigantur. Ex qua re non solum ipsi adolescentes eorumque parentes in grave salutis periculum coniciuntur, sed etiam capellani scholarum, praeceptores religionis, confessarii que puerorum magnas in angustias atque discrimina incidunt. Quamobrem iterum iterumque a Sede Apostolica postulatum est, ut conscientiam fidelium subvenire atque circa rationem, qua sive scholares praedicti eorumque parentes sive confessarii atque magistri in difficillimis illis adiunctis se gerere debeant, opportunas regulas constituere ac praescribere velit. Cui postulationi debitoque custodiendae fidei satisfacere cupiens, S. C. Supr. et Univ. Inquisitionis auctoritate Apostolica decrevit quae sequuntur.

1. Discipulorum praesentiam in expositis circumstantiis pro civili tantum ceremonia haberi non posse, sed continere vetitam omnino communicationem in sacris catholicorum, atque ideo prorsus illicitam esse.

2. Magistros religionis in praedictis scholis teneri, si a discipulis eorumve parentibus interrogentur, eos monere, communicationem de qua agitur, *tolerari non posse* divinisque atque ecclesiasticis legibus contrariam esse.

3. Quod si interrogati semel discipulos monuerint vel praedictae communicationi licet frustra

obstiterint, non teneri protestationes seu monitiones iterare, nisi fundata adsit spes, iterationem utilem et efficacem fore, a qua etiam tum abstinere possunt, cum ex protestatione seu monitione iterata graviora mala timentur.

4. Quod si magistri religionis a discipulis non interrogentur, attentis gravissimis rerum circumstantiis, remoto scandalo, dissimulare posse, si pueri in bona fide sint. In qua tota re magistri praedicti iudicio Episcopi stare poterunt.

5. Confessarii ad quorum iudicium huius generis casus in tribunali poenitentiae deferri contigerit, tenentur pueros, qui licet non ignari graviter illicitam esse communicationem in sacris, de qua agitur, eam nihilominus imminentium malorum metu admiserint, similiter parentes, qui filii culpa committendae auctores fuerint, diligenter instruere, corrigere et exhortari; nec eos absolvere poterunt, nisi serio promiserint, se in posterum a vetita communicatione in divinis sive committenda sive praecipienda abstenturos esse. — Quod si tamen adolescentes vel parentes in bona fide sint, poterunt confessarii, attentis gravissimis rerum circumstantiis, dissimulare, eos in hac bona fide relinquere, atque ab eisdem monendis abstinere.

6. Quod si alicubi mos sit, ut non omnes discipuli scholarum sacris acatholicorum intersint, sed pars tantum a ceteris electa omnium nomine adsistat, declarat haec S. Congregatio, hanc sive electionem sive interventionem illicitam esse, posse tamen, si pueri in bona fide sint, dissimulari, remoto scandalo. Datum Romae ex S. Officio die 26. Aprilis 1894. Concordat cum Originali.

J. Mancini S. R. et U. I. Not.

Sammlung zur Erhaltung der Denkmale

für die im Jahre 1866 auf den Schlachtfeldern Böhmens gefallenen Krieger.

Der hochwohlgeborene Herr k. k. Landespräsident von Krain hat unterm 29. October 1895, Nr. 9304, nachstehendes Schreiben an den hochwürdigsten Herrn Fürstbischof gerichtet:

Eure Excellenz!

Hochwürdigster Herr Fürstbischof!

Zur Erhaltung der Denkmale für die auf den Schlacht- und Gefechtsfeldern Böhmens im Jahre 1866 gefallenen Krieger, sowie zur Errichtung neuer Denkmale für dieselben hat sich im Jahre 1892 ein Centralverein mit dem Sitze in Königgrätz gebildet, welcher sich seither, unterstützt von Localvereinen, in der gedachten Richtung bethätigt.

Da dieser Verein, um das vorgesteckte Ziel zu erreichen, noch bedeutende Mittel benöthigt, hat sich der Militärschriftsteller, Regierungsrath Josef Lukeš in Wien, an das hohe k. k. Ministerium des Innern mit der Bitte gewendet, die geeigneten Verfügungen zu treffen, damit den Anregungen und Vorschlägen, welche in der von ihm im Jahre 1894 herausgegebenen, in einem Exemplare anverwahrt mitfolgenden Schrift „Unsere Soldatengräber“ enthalten sind, möglichst große Verbreitung unter der Bevölkerung verschafft werde.

In dieser Schrift bezeichnet es Regierungsrath Lukeš, welcher selbst Ehrenmitglied des Comité zur Erhaltung der Denkmale am Königgrätzer Schlachtfelde zu Königgrätz und Mitglied des Eingangserwähnten Centralvereines ist, als ein Gebot der Pietät, für die im Jahre 1866 auf den Schlacht- und Gefechtsfeldern in Böhmen gefallenen Krieger, deren Ueberreste zum größten Theile noch nicht in eigenen Grabstätten bestattet, und für welche bisher noch keine Erinnerungszeichen aufgestellt worden sind, — es sind dies ungefähr 190 Officiere und 8600 Mann — entweder ein gemeinsames, würdig ausgestattetes Ossarium zu errichten oder aber das Andenken derselben durch Aufstellung von Einzeldenkmalen zu ehren.

Regierungsrath Lukeš hat gleichzeitig das weitere Ansuchen gestellt, es möge darauf hingewirkt werden, daß in den Landeshauptstädten sowie in den größeren Städten des betreffenden Landes nach Bedarf Comités gebildet werden, welche mit Bewilligung der kirchlichen Behörden am diesjährigen Allerheiligensfeste und Allerseelestage (1. und 2. November d. J.) in den Kirchen Spenden für den erwähnten Zweck zu sammeln sowie allenfalls an den darauffolgenden Sonn- und Feiertagen Wohlthätigkeitsconcerte u. dgl. zu veranstalten hätten; daß desgleichen auch in den übrigen Gemeinden derartige Sammlungen in den Kirchen durch die Gemeindevorsteher im Einvernehmen mit der Geistlichkeit, welche die Bevölkerung über den pietätvollen und patriotischen Zweck dieser Sammlungen aufzuklären hätte, vorgenommen und daß die auf diese Weise eingelaufenen Beiträge an den Centralverein zur Erhaltung der Kriegerdenkmale vom Jahre 1866 in Böhmen portofrei eingeschendet werden.

Zur Förderung dieses Unternehmens beabsichtigt Regierungsrath Lukeš einen entsprechend gehaltenen Aufruf sowie ein diese Angelegenheit besprechendes Feuilleton in die meisten der in der diesseitigen Reichshälfte erscheinenden Tagesblätter aufnehmen zu lassen und ferner eine zweite vervollständigte und berichtigte Massenaufgabe der erwähnten Broschüre „Unsere Soldatengräber“ zu veranstalten.

In voller Würdigung der vom Regierungsrathe Lukeš zur Unterstützung seiner Anregungen entwickelten Gründe fand sich Seine Excellenz der Herr Minister des Innern laut Erlasses vom 25. I. M., Z. 4430/M.-Z., bestimmt, mich anzuweisen, im Einvernehmen mit Eurer Excellenz die zweckmäßig erscheinenden Verfügungen zu treffen, damit am 1. und 2. November d. J., zu welcher Zeit die Bevölkerung einem Appelle an die Pietät und Humanität zu folgen besonders geneigt sein dürfte, beziehungsweise, falls dies wegen der Kürze der zur Verfügung stehenden Zeit nicht mehr thunlich sein sollte, an den folgenden Sonn- und Feiertagen in allen Gemeinden Samm-

lungen zu dem erwähnten Zwecke in den Kirchen veranstaltet werden und ferner überhaupt dahin zu wirken, daß die höchst patriotischen Bestrebungen des Centralvereines in jeder Weise thunlichst gefördert werden.

Die in den einzelnen Gemeinden eingelaufenen Spenden wären im Wege der politischen Bezirksbehörden an die Landesstelle einzusenden, diese hätte hierüber eine nach den einzelnen Gemeinden gesonderte Verlautbarung in den amtlichen Blättern zu veranlassen und die Beträge unmittelbar an den Centralverein in Königgrätz einzusenden.

Der vom Regierungsrathe Lukeš in Aussicht genommene warme „Aufruf“ an die Bevölkerung sollte am 27. d. M. in den Zeitungen erscheinen.

Ich gebe mir die Ehre Eure Excellenz zu ersuchen, die unterstehenden Seelsorger der Diöcese gefälligst anweisen zu wollen, für den gedachten Zweck an den Sonn- und Festtagen des künftigen Monats Geldbeiträge zu sammeln und diese im Wege der Bezirkshauptmannschaften, beziehungsweise des

Laibacher Stadtmagistrates dem Landespräsidium zu übersenden; die Bezirksbehörden werden dem entsprechend unter Einem angewiesen.

Genehmigen Eure Excellenz den Ausdruck meiner ausgezeichneten Hochachtung.

Laibach am 29. October 1895.

Der k. k. Landespräsident:

Hein.

Hievon wird die hochw. Curatgeistlichkeit mit der Weisung in Kenntniß gesetzt, in jenen Pfarren, in denen es die wirthschaftlichen Verhältnisse und die eigene Nothlage erlauben sollten, für den gedachten Zweck an einem Sonn- oder Festtage des Monats November Geldbeiträge zu sammeln und dieselben im Wege der Bezirkshauptmannschaften, beziehungsweise des Laibacher Stadtmagistrates dem Landespräsidium zu übersenden.

Bemerkt wird, daß an der Schlacht von Königgrätz auch Krainer, und zwar als Angehörige des damaligen 5. und 10. Kürassier-Regimentes, theilhaftig waren.

Ukaz trgovinskega ministerstva

v porazumu z ministerstvom za notranje stvari in z ministerstvom za bogočastje in nauk z dné 11. avgusta 1895. l.

s katerim se dopolnjuje in deloma izpreminja ministerski ukaz z dné 24. aprila 1895. l. (Drž. zak. št. 58.), govoreč o dovoljevanju obrtnega dela ob nedeljah pri posameznih vrstah obrtov.

V dopolnilo in delovito izpremembo ministerskega ukaza z dné 24. aprila 1895. l. (Drž. zak. št. 58.), govorečega o dovoljevanju obrtnega dela ob nedeljah pri posameznih vrstah obrtov, se ukazuje to - le:

Člen I. V § 2. omenjenega ukaza naj točka 17., 19. in 22. slôve takó:

17. Narejanje lesenine, lepenke in papirja.

Nedeljsko delo je z omejlom na neobhodno potrebne delavce dovoljeno:

Verordnung des Handelsministeriums

im Einvernehmen mit dem Ministerium des Innern und dem Ministerium für Cultus und Unterricht vom 11. August 1895,

womit die Ministerialverordnung vom 24. April 1895 (R.-G.-Bl. Nr. 58), betreffend die Gestattung der gewerblichen Arbeit an Sonntagen bei einzelnen Kategorien von Gewerben, ergänzt und theilweise abgeändert wird.

Zu Ergänzung und theilweiser Abänderung der Ministerialverordnung vom 24. April 1895 (R.-G.-Bl. Nr. 58), betreffend die Gestattung der gewerblichen Arbeit an Sonntagen bei einzelnen Kategorien von Gewerben, wird Nachstehendes angeordnet:

Artikel I. Im § 2. der citierten Verordnung haben die Punkte 17, 19 und 22 zu lauten, wie folgt:

17. Holzstoff-, Papper- und Papiererzeugung.

Die Sonntagсарbeit ist mit Beschränkung auf die unumgänglich nothwendigen Arbeitspersonen gestattet:

- a) za sušenje in nadziranje belilnih izeb¹⁾;
- b) za obrat priredov za brušenje lesa, drobnomelov in kotalnikov, toda še le v nedeljo od 6. ure zvečer počenši.²⁾

19. Žitni mlini.

Nedeljsko delo je z omejitvijo na neobhodno potrebne delavce dovoljeno:

- a) mlinom na veter in ladje³⁾:
- α) za nadziranje strojev, prenosov in mlin-skih priredov;
- β) za nasipanje mlinskih priredov;
- γ) za polnitev močnih vreč z meljo;
- δ) za razkladanje žita, dovedenega v mlin, in za nakladanje moka, ki se iz mlina odvažja, do 10. ure zjutraj.
- b) Samó ali večinoma na neposredni obrat z vodno silo opravljenim mlinom v istem obsegu.⁴⁾
- Razven tega je tem mlinom dovoljeno:
- ε) razpošiljati moko in kruh v svojih vozovih ob nedeljah ob urah, določenih za trgovino z živežem, in ob ponedeljkih od 3. ure zjutraj.⁵⁾
- c) Samó ali večinoma za parni obrat opravljenim mlinom za dela, navedena pri a) pod α), β) in γ) pak še le v nedeljo od 6. ure zvečer.⁶⁾

22. Narejanje cukra.

Nedeljsko delo je dovoljeno:

- a) pri izdelovanju surovega cukra: za dovažanje pese iz kleti prav blizu fabrike, v pesnici, pri

¹⁾ Kakor pri 4. a) in b).

²⁾ Vsako drugo nedeljo 24 ur.

³⁾ ⁴⁾ Vsako drugo nedeljo 24 ur, ako se ravno pretekli teden vsled prestankov, ki se pokažejo iz svojstva obrata, ni delavcem dodelil že počitek 24 ur najmanj.

⁵⁾ Počitek 24 ur prvo prihodnjo nedeljo ali kak delavnik ali pa počitek šestih ur dva dni v tednu.

⁶⁾ Vsako drugo nedeljo 24 ur.

- a) Für den Trocknungsproceß und für die Ueberwachung der Bleichkammern¹⁾;
- b) Für den Betrieb der Holzschleifapparate, Hölzländer und Kollergänge, jedoch erst von Sonntag 6 Uhr abends an.²⁾

19. Getreidemöhlen.

Die Sonntagsarbeit ist mit Beschränkung auf die unumgänglich notwendigen Arbeitspersonen gestattet:

- a) Den Wind- und Schiffmöhlen³⁾
- α) für die Ueberwachung der Maschinen, Transmissionen und Mühlenapparate;
- β) für das Beschütten der Mühlenapparate;
- γ) für die Füllung der Mehlfäcke mit dem Mahlgute;
- δ) für das Abladen des in die Mühle zugeführten Getreides und das Aufladen des aus der Mühle zur Abfuhr gelangenden Mehles bis 10 Uhr vormittags.
- b) Den ausschließlich oder vorwiegend auf Wasserkraftbetrieb eingerichteten Mühlen in dem gleichen Umfange.⁴⁾
- Außerdem ist diesen Mühlen noch gestattet:
- ε) der Mehl- und Brotverhandt mittels der eigenen Fuhrwerke während des Sonntags in den für den Handel mit Lebensmitteln bestimmten Stunden und Montag von 3 Uhr früh an.⁵⁾
- c) Den ausschließlich oder vorwiegend auf Dampf-betrieb eingerichteten Mühlen für die bei a) unter α), β) und γ) angeführten Arbeitsverrichtungen, jedoch erst von Sonntag 6 Uhr abends an.⁶⁾

22. Zuckerverzeugung.

Die Sonntagsarbeit ist gestattet:

- a) Bei der Rohzuckerverzeugung: für die Rübenzufuhr aus den in der unmittelbaren Nachbar-

¹⁾ Wie bei 4 a) und b).

²⁾ An jedem zweiten Sonntage 24 Stunden.

³⁾ ⁴⁾ An jedem zweiten Sonntage 24 Stunden, falls nicht in der vorausgegangenen Woche infolge der durch die Natur des Betriebes sich ergebenden Unterbrechungen den Arbeitern ohnehin eine mindestens 24 stündige Ruhe gewährt wurde.

⁵⁾ Eine 24 stündige Ruhezeit am darauf folgenden Sonntage oder an einem Wochentage oder je eine sechsstündige Ruhezeit an zwei Tagen der Woche.

⁶⁾ An jedem zweiten Sonntage 24 Stunden.

difuziji, saturaciji, vapneni postaji, filtraciji, izhlapljalni postaji, v polnilnici s centrifuzno postajo, na cukrovih kaščah, izvzemši pakovanje, naposled za obrat sušilnic za zrezke¹⁾;

b) v čistilnicah cukra: za razkladanje surovega cukra, kadar bi se obrat moral pretrgati, če bi se razkladanje opustilo, pri afinaciji, razpuščevalni postaji, filtraciji, izhlapljalni postaji, v spodijišču, v polnilnici s centrifuzno postajo, v sušilnih izbah in na cukrovih kaščah, izvzemši pakovanje, toda vstevši vli-vanje na postaji kockastega cukra²⁾;

c) pri razcukrovanju melase: za ozmozovanje, za narejanje in razkrajanje kalcijevih in stroncijevih saharatov in za obrat žgalnih peči, prekapnih, hladilnih in polnilnih priredov, ki je s tem združen.³⁾

Člen II. V § 2. navedenega ukaza je na koncu pristaviti:

49. Preskrba z vodo.

Nedeljsko delo je dovoljeno z omejitvijo na delavce, ki so neobhodno potrebni za vzdrževanje obrata strojev za vzdiganje in porazdeljevanje vode.⁴⁾

50. Godčevski obrt.

Nedeljsko delo je dovoljeno.⁵⁾

Člen III. V § 7. navedenega ukaza naj točki a) in d) sloveti:

a) Pletači prirodnih cvetic in trgovci z njimi, potem narejalci umetnih cvetic;

^{1) 2) 3)} Kakor pri 4. a) in b).

⁴⁾ Počitek 24 ur prvo prihodnjo nedeljo ali kak delavnik ali pa počitek šestih ur dva dni v tednu.

⁵⁾ Počitek 24 ur prvo prihodnjo nedeljo ali kak delavnik ali pa počitek šestih ur dva dni v tednu.

schafft der Fabrik befindlichen Mieten, im Rübenhause, bei der Diffusion, Saturation, Kalkstation, Filtration, Verdampfstation, im Füllhause sammt der Centrifugenstation, auf den Zuckerböden, mit Ausschluß der Packarbeit, endlich für den Betrieb der Schneidlarren¹⁾;

b) in Zuckerraffinerien: für das Abladen des Rohzuckers, wenn bei Unterlassung desselben der Betrieb unterbrochen werden müßte, bei der Affination, Auflösestation, Filtration, Verdampfstation, im Spodiumhause, im Füllhause sammt der Centrifugenstation, in den Trockenstuben und auf den Zuckerböden, mit Ausschluß der Packarbeit, dagegen mit Einschluß der Gußarbeit in der Würfelzuckerstation²⁾;

c) bei der Melasseentzuckerung: für das Osmosieren, für die Herstellung und Zerlegung der Calcium- und Strontiumsjaccharate und den damit verbundenen Betrieb der Brennöfen, der Destillations-, Kühl- und Füllapparate.³⁾

Artikel II. Im § 2. der citierten Verordnung ist ferner am Schluß anzufügen:

49. Wasserversorgung.

Die Sonntagsarbeit ist mit Beschränkung auf die zur Unterhaltung des Maschinenbetriebes behufs Hebung und Vertheilung des Wassers unumgänglich nothwendigen Arbeitspersonen gestattet.⁵⁾

50. Musikergewerbe.

Die Sonntagsarbeit ist gestattet.⁴⁾

Artikel III. Im § 7. der citierten Verordnung haben die Punkte a) und d) zu lauten, wie folgt:

a) Naturblumenbinder und -Händler, dann Kunstblumenerzeuger;

^{1) 2) 3)} Wie bei 4 a) und b).

⁴⁾ Eine 24 stündige Ruhezeit am darauffolgenden Sonntage oder an einem Wochentage oder je eine sechsstündige Ruhezeit an zwei Tagen der Woche.

⁵⁾ Eine 24 stündige Ruhezeit am darauffolgenden Sonntage oder an einem Wochentage oder je eine sechsstündige Ruhezeit an zwei Tagen der Woche.

d) slašičarji, kolačarji in mandoletarji, potem medarji (strdeničarji).

Člen IV. Pričujoči ukaz stopi v moč z dném, katerega se razglasi.

Kielmansegg s. r. Wittek s. r. Rittner s. r.

d) Zuckerbäcker, Kuchen- und Mandolettibäcker, dann Lebzelter.

Artikel IV. Die gegenwärtige Verordnung tritt mit dem Tage ihrer Kundmachung in Wirksamkeit.

Kielmansegg m. p. Wittek m. p. Rittner m. p.

47.

Gebührenfreie Ausfertigung von Matrikenauszügen zu Bruderladen-Zwecken.

Die k. k. Statthalterei in Graz hat ddo. 5 Mai 1895, Z. 12.413, Folgendes an das hochwürdigste f. b. Sefauer-Ordinariat mitgetheilt:

Unter Bezugnahme auf die in dem geschätzten Schreiben vom 25. Aug. 1894, Z. 3884, enthaltene Anfrage in Angelegenheit des Ansuchens der Bruderladen-Verwaltung der Graz-Köflacher Eisenbahn- und Bergbau-Gesellschaft ddo. 19. August 1894, Z. 90, um gebührenfreie Ausfertigung von Matrikenauszügen zu Bruderladen-Zwecken, wird dem hochwürdigen Ordinarate in Folge des mit Note der k. k. Finanzlandes-Direction in Graz vom 22. April 1895, Z. 5386, bekanntgegebenen Erlasses des k. k. Finanz-Mini-

steriums vom 30. Jänner 1895, Z. 49.909, ex 1894, diensthöflich mitgetheilt, daß die den Arbeitern von Decanaten oder Pfarrämtern in Angelegenheit der Versicherung dieser Arbeiter bei Bruderladen auszufertigenden Matrikenauszüge nach § 45 des Gesetzes vom 28. Juli 1889, R.-G.-Bl. Nr. 197, stempelfrei sind.

Im Sinne des Punktes 5 der Vorerinnerungen zum Tarife des Gebührengesetzes vom 9. Februar 1850, R.-G.-Bl. Nr. 50, ist aber bei derartigen Matrikenauszügen der Zweck der Ausfertigung und der Arbeiter, welchem sie zu diesem Zwecke zu dienen hat, anzugeben.

48.

Stempelfreiheit für kirchliche Calendarien liturgischer Bücher.

Das hohe k. k. Finanz-Ministerium hat zufolge Erlasses vom 22. Juli 1895, Nr. 32259, angeordnet, daß die lediglich für rituelle Zwecke bestimmten Verzeichnisse der beweglichen kirchlichen Feste und der

Heiligen, welche in liturgischen Büchern (Missalen, Breviarien, Horae diurnae oder Diurnalien) enthalten zu sein pflegen, vom Kalenderstempel frei zu lassen sind.

49.

Nachsuchung.

Behufs Feststellung der Zuständigkeit eines gewissen Anton Topolove erscheint die Requirirung eines Exoffo-Traunungscheines der Großeltern des Genannten, nämlich der Eheleute Josef Topolove und Apollonia Voznik, nothwendig.

Nach diesem Traunungsacte wolle in den Traunungsmatriken geforscht und im Auffindungsfalle ein Exoffo-Traunungschein hieher eingeschendet werden.

Hiebei diene zur Orientierung Folgendes: Josef Topolove wurde geboren am 2. März 1787, Apollonia Topolove, geb. Voznik, starb am 3. Juli 1837 zu Trstenik in der Pfarre St. Ruprecht, ein Sohn der genannten Eheleute Namens Martin wurde am 18. September 1828 zu Trstenik geboren.

50.

Periodična poročila in izkazi za leto 1895.

Velečastiti gospodje duhovni pastirji se vabijo, da vpošljejo najpozneje do 1. decembra t. l. potom dekanijskih uradov knezoškofijskemu uradu za leto 1895 običajna periodična poročila in izkaze in sicer:

1. o številu duš v posameznih duhovnijah,
2. o številu potrebnih direktorijev in šematizmov za leto 1896,
3. o številu prebivalstva po veroizpovedanju,

4. o premembah poštnih postaj, h katerim pripadajo posamezne duhovnije, isto tako o telegrafskih postajah.

5. O okrajnih in krajnih šolskih nadzornikih, če so duhovniki.

6. O napakah, ki so se morda vrinile v letošnji škofijski šematizem, in o podatkih, ki bi spopolnili krajevni imenik.

51.

Konkurzni razpis.

Razpisane so župnije: Babno Polje v cirkniški dekaniji, Prežganje in Javorje v litijski dekaniji in Lozice v vipavski dekaniji.

Prošnje za prvi fari obrniti so na visoko c. kr. deželno vladō v Ljubljani; one za Javorje obrniti je na

slavno lastništvo patronskega posestva Slateneg, one za Lozice pa na visokočastiti knezoškofijski ordinarijat v Ljubljani.

Zadnji rok za vlaganje je 13. december 1895.

52.

Škofijska kronika.

Č. g. Janez Novak, mestni župnik v Radovljici, imenovan je dekanom dek. okraja radovljiškega in udom okr. šolskega sveta v Radovljici.

Kanonično vmeščeni so bili čč. gospodje: Jožef Golmajer na župnijo Vače, 23. oktobra; Jožef Kos na župnijo Sela pri Šumbregu, 14. oktobra; Konrad Texter na župnijo Col, 12. novembra, in Jožef Razboršek na župnijo Šmartin pri Kranju, 13. novembra.

Č. g. Frančišek Munda, duhovnik nemškega reda in kapelan v Ormožu, imenovan je mesto g. Petra Skuhala župnim upraviteljem v Črnomlju.

Č. g. Frančišek Oswald, beneficijat v Idriji, imenovan je katehetom na tamošnji rudoljudski šoli.

Premeščeni so naslednji čč. gospodje kapelani: Alojzij Češarek iz Logatca kot kurat na Suhorje, mesto Alojzija Šarca; Štefan Rihar iz Vrhnike v Kranj; Frančišek Košir iz Smlednika na Vrhniko; Frančišek Juvan iz Dol v Logatec.

Kot kapelani so novonastavljeni naslednji č. gg.: Viljem Paulus v Dolih, Jernej Bernard v Smledniku in Jurij Karlin v Črnomlju.

Umrla sta čč. upokojena gospoda: Jožef Bononi v Kranju, 2. oktobra, in Mihael Potočnik, 30. oktobra. Priporočata se v molitev častiti duhovščini.

Knezoškofijski ordnarijat ljubljanski, dné 1. novembra 1895.